

*nequaquam solum ad similitudinem expressa?* Item Humb.: „Es also wahr vernehmend, nicht aus Lug gewebt“. Sic Hom. Il. I. 547. cf. supr. v. 638., infr. v. 1183., quibus locis similis adverbii ratio. Bernh. W. S. p. 159.

v. 1034. Εὐφρημον, ὦ τάλαινα, κοιμ.: *ad bene ominata verba, o misera, compone os.*

v. 1035. sqq. Ἄλλ' οὐτι Παίων —: *At auxiliator nemo ei rei adest.*

ΧΟΡ. *Non, si ea quidem jam praesto erit; at velim ne eveniat.*

Alii conjecerunt εἶπερ ἔσται γ' quod necessarium esse negat Well., vulgata explicans: si id quod dicis praesens aderit, i. e. si factum erit. Λόγος, ῥῆμα, ἔπος, μῦθος = ipsa res aut factum quod argumentum est orationis et narrationis. Similiter versu 1038 ἄχος dictum est.

v. 1038. sqq. Τίνος recte scribitur. Observa de Clytaemnestra interfectrice nondum Chorum suspicari. (De ἄχος i. e. res, argumentum doloris, vid. n. antecedent.) ἢ κάστ' ἄρ' ἄν παροεσκόπειε χρησμοῶν ἐμῶν. minuitur certe soloecismus, quem exprobrant, interrogationis signo post ἐμῶν posito, vel verbis sic expositis: „So sehr hättest du denn also meiner Orakel Sinn verfehlt!“ Euripides, in apodosi quidem, Suppl. 305. κάστ' ἄν εἶχον ἠσύχως. Alc. 814. κάστ' ἄν ἐν σόφοισιν ἦν. Num ἦ κάστ' ἄγαν, probata ab Herm. et Well., recte dici queant dubito, quia ἄγαν fere idem ac κάστα, Reisig. ad Oed. C. 65., quapropter Eurip. Alc. 814. κάστα καὶ λίαν. Both. conj. ἦ καστέραν παρ. sc. ὀδόν, *vehementer*. Al. pro ἄν conj. οὖν et αὖ.

v. 1040. sqq. Τοῦ γὰρ τελοῦντος —: *Non enim intellexi machinaturum.*

Cass. *At vero graeci sermonis gnara graece locuta sum.*

Chor. *Nam etiam oracula graeca non intelligo, pariter quippe obscura.*

Καὶ γὰρ τὰ πυθόκραντα —: Well.: *enimvero et oracula graece loquuntur, nec tamen facilia sunt intellectu.* Conjecturas quo minus puto necessario factas, eo minus lubet commemorare. Indulsit iis partim Vossii quoque interpretatio, qua h. l. longe rectior est Humboldtiana.